



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen  
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,  
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

**Brasavola, Antonio Musa**

**Venetiis, MDLI**

Vnguentum Digestuum XII

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](#)

BRASAVOLI

SENEX. XII.

Ad Digestuum igitur unguentum accedere oportet.  
B R A S. Et hoc est apud medicos, & pharmacopolas in  
constantissimum. S E. Quomodo inconstantissimum?  
B R A S. Quia nullus ferè est pharmacopola, qui illud  
non uariet. S E. Immo rari euariant, nā maxima phar  
macopolarum pars ex uitello oui, & terebinthina con  
ficit. B R A S. Absq; oleo? S E. Absq; oleo. B R A S.  
Hoc profecto ignorabam. S E. Nunc istud scito, apud  
maximam pharmacopolarum partem cū indicitur un  
guentum digestuum uitellū oui accipiunt cum terebin  
thina etiam absq; ordine, pondere ac mensura, terebin  
thinamq; ex simplici aqua semper lauant, nisi à medico  
aliud præcipiatur, quod scilicet aqua rosacea, uel aqua  
plātaginis abluatur, aut alia simili ut medico uidebitur  
fieri oportere. B R A S. Mihi displaceat rosaceum præ  
termittere, à multis non seruatur, quia ob oui uitellū diu  
non durat quin putrescat, in hyeme diutius pdurare po  
test, ars exigit ut ita fiat.

Recipe terebinthinae lotæ unc. II.

Vitella ouorum numero. II.

Olei rosacei quantum sufficit.

Misce, & probé iungantur, si uero ulcus calidum esset,  
& de inflamatione timeretur, simplicis rosati loco om  
phacium rosatū accipiatur, et terebinthina plātaginis  
aqua lauetur. nonnulli sunt qui ita cōficiunt, ac seruant.  
Recipe terebinthinae lotæ unc. I.

Vitella ouorum numero. I.

Farinæ hordei drach. I.

Croci gra. III.

Olei

Olei rosati modicum.

Misce, & seruetur ad usus.

SE. Non mihi displaceat eiusmodi digestiuū. B R A S.  
Alij quod sequitur seruant, & cum à medicis digestiuū  
unguentum indicitur, præbent.

Recipe terebinthine lotæ cum cretico lib. semis.

Vitella ouorum numero. III.

Farinæ hordei unc. semis.

Croci scrup. I.

Misce, & fiat unguentum.

SE. Non differt hoc unguentum preterquā in lotione  
à prædicto. B R A S. Immo differt etiam in oleo, quia  
oleum nō adjicit. SE. Dic quo lauant terebinthinam,  
qui ante hunc relatum conficiunt unguētum? B R A S.  
Alias à me dictum est, cum à medico non dicitur quo la=  
uare debeat terebinthina, semper intelligendum est sim=  
plici aqua lauandam. Nonnulli eandem quidem seruant  
compositionem, sed in pondere differunt, nā accipiunt.

Terebinthine lotæ drach. VI.

Croci drach. semis.

Vitella ouorum numero. I.

Miscent probe simul absq; igne, & seruant.

SE N. Cur uino cretico lauant? B R A S. Ut eo uita=  
mur in uulneribus compositis, & ubi adsunt dolores cir=  
ca neruos uulneratos, uel ob neruos affectos. Immo non  
tantum digerit, sed etiam mundificat, tamē simplicissi=  
mum digestiuū ex farina hordei fieri pōt, uitello oui,  
& oleo rosaceo absq; terebinthina, quæ uim habet etiā  
abstergendi, & mundificandi. si ulcus factum non sit sed  
ad sit tantum abscessus Galeni cōpositio plurimum ua=

q ij let

## BRASAVOLI

let ex farina triticea, oleo, et aqua quæ in olla bulliant,  
quousq; in quandam pultis formam redacta sint. In dige-  
stiuo etiam cōm uni si farina uti uoluerim uterer potius  
farina triticea, quam hordeacea, quādo inflammationē  
fieri non timetur. Patauij nonnulli cum terebinthina, et  
uitellooui mel rosaceum miscent, hicq; de digestiuo un-  
guento finem faciamus.

## SENEX. XIII.

Ergo Mundificatium unguentum contemplemur.  
B R A S. Neq; unguentum hoc satis constans est, quo-  
niam diuersi pharmacopœ diuersa seruant unguen-  
tum mundificatiuorū genera, immo & ad ulceræ emun-  
danda utimur & unguento apostolorum, & egyptiaco  
uocato unguento, et alijs multis. At tu quod nam seruas  
pro mundificatiuo unguento in tuo pharmacopolio?  
S E. Istnd seruo quod referā, & semper cum à chirur-  
gis indicitur mundificatium unguentum præbeo.

Recipe aloes

Myrrhæ



Singul. drach. V.

Sarcocollæ



Terebinthinæ lib. I.

Mellis rosati colati unc. V.

Misce. B R A S. Alij sunt qui eisdem præcise utuntur  
simplicibus, sed in pondere uariant, ita enim cōficiunt.  
Recipe terebinthinæ unc. VI.

Mellis rosati colati lib. I.

Myrrhæ



Singul. drach. II.

Aloes



Misce,